

Ad Syllogem Inscriptionum in Codice Urbanensi Traditam*

GERALD M. BROWNE

V. 3-4:

angustos aditus venerabile corpus habebat
huc, ubi nunc populum largior aula capit.

huc: sic ed., Diehl¹ secutus, sed cod(icem) Urb(anensem) *hic* praebere non animadvertit.

VIII Titulus:

Versus Damasi <de> sancto Felice

<de>: sic ed., sed cod. Urb. *in* habet, ut in VII tit.: *In sancta Maria trans Tiberim*.

IX. 1-4:

Hic posuit cineres genetrix castissima prolis,
Agustine, tui<s> altera lux meritis<s>,
qui servans pacis caelestia iura sacerdos
commissos populos moribus institutis.

institutis: sic ed., contra metrum et sensum, Diehl–Moreau–Marrou² secutus, sed (ut D. Schaller iam vidit³) cod. Urb. *institutis* habet, verbum expectatum quod etiam A. Casamassa, "Ritrovamento di parte dell' elogio di S. Monica," *Atti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia* (Serie III), Rendiconti 25/26 (1949/51) 272 legit.

*Luitpold Wallach, "The Urbana Anglo-Saxon Sylloge of Latin Inscriptions," in *Poetry and Poetics from Ancient Greece to the Renaissance: Studies in Honor of James Hutton*, ed. G. M. Kirkwood, Cornell Studies in Classical Philology 38 (Ithaca et Londini 1975) 134–51.

¹ E. Diehl, *Inscriptiones Latinae Christianae Veteres* I (Berolini 1925) no. 1770.

² E. Diehl, *Inscriptiones Latinae Christianae Veteres* IV: Supplementum, ed. J. Moreau et H. I. Marrou (Dublini 1967) no. 91.

³ D. Schaller, "Bemerkungen zur Inschriften-Sylloge von Urbana," *Mittelalterliches Jahrbuch* 12 (1977) 10.

XI. 7–8:

adsum<p>tis⁴ aquilae Christus petit aethera pennis,
conregnatque poli perpes in arce patri.

patri: sic MGH, *Poetae latini aevi carolini* I (Berolini 1881) 346–47, no. cxvii, sed ed. cod. Urb. *patri*, quod expectaveris, praebere non animadvertit: vd. Schaller (supra, n. 3) 15.

XIII. 3–4:

vere fide genitus purgavit crimina mundi,
et tibi virginitas inviolata manet.

vere: legendum *vera*, ut in cod. Urb.; cf. etiam R. Hesbert, *Corpus antiphonarium officii* III (Romae 1968) no. 5448 et H. Barré, “Antiennes et répons de la Vierge,” *Marianum* 29 (1967) 183.

XV. 1–3:

Splendet apostolici radio locus iste dicatus
nominis, et digne communis honore refulget
ara . . .

Ed. anglice reddidit sic (p. 150):

That consecrated site glitters in the sheen of the apostolic
name, and in beauty fittingly shines bright the public
altar.

Sed forsitan melius sit adverbium *digne* cum ablativo *honore* coniungere (anglice: “in a way worthy of honor”): cf. e.g. Vulg. Eph. 4. 1 *ut digne ambuletis vocatione* et vide TLL V 1153.57.

Urbanae, Ill.

⁴ Schaller (supra, n. 3) 15.